BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 47r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Et respexerunt speculatores saul qui erant
in gabaa benyamin. et ecce multitudo prostra-
ta huc illuc diffugiens. Et ait saul populo
qui erat cum eo. Requirite et videte quis ab-
ierit ex nobis. Cumque requisissent reptum est
non adesse ionatham et armigerum eius. T.
Et ait saul ad achiam sacerdotem qui erat
de stirpe heli. Applica archam dei. Erat enim
ibi archa dei in illa die cum israel. Cumque loqueretur
ecce tumultus magnus ortus est in castris
phylistinorum. crescebatque paulatim. et clarius
resonabat. Et ait saul ad sacerdotem. Contrahe
Factum est autem Dominica iiij. manum tuam. T.
Verbum domini ad samuelem dicens. pe-
nitet me quod constituerim saul regem.
quia dereliquid me. et verba mea opere non impleuit.
Contristatusque est samuel. et clamauit ad do-
minum nocte tota. Cumque de nocte surrexisset
samuel ut iret ad saul mane. nunciatum est
ei quod venisset saul in carmelum et erexisset sibi
fornicem triumphalem et reversus venisset descen-
disset que in galgala. T. Venit ergo samuel
ad saul. et dixit ei saul. Benedictus tu domino.

47.
(282.)